

RESOLUTIONES FISCALIS

PARTIM MATERIAM GABELLARUM CONTRACTUUM
Secundùm Ordinamenta Civitatis FLORENTIÆ,
PARTIM VERO FISCALIUŒ CAUSARUM QUÆSTIONES
RESPICIENTES:

PRIMÆ VOTANTE, ALIÆ AUTEM PATROCINANTE
THOMA CEPPARELLIO
J. C. GEMINIANENSE,
REGIÆ CELSITUD. MAGNI HETRURIÆ DUCIS

Locum Tenente Fiscali, Gabellæ Contractuum Officii Adfessore,
ac publici, privatiq; ejuldem R. Celsit. Patrimonii Procuratore,

EMANATÆ.

*Quibus accesserunt XII. gravissimorum Auctorum Consilia, &
sex Rotæ Florentinæ Decisiones ipsas municipales
Gabellarum Leges explicantes.*

Cum duplici Argumentorum, & Notabilium Indice,
FRANCISCI MARIÆ F. U. D. AUCTORIS FILII
Opera compilato.



FLORENTIÆ, M. DC. C.

Typis S. R. C. apud Jo: Philippum Cecchi. Superiorum Permissu. 160



REGIÆ CELSITUDINI
COSMI III.
MAGNI HETRURIAE DUCIS.



Quod Tibi, SERENISSIME MAGNE DUX,
Tuaeque Regiæ Domui in principalioribus felicissimi
Dominii Tui Urbibus per quindecim annos iudicandi
munus obierim, per duodecim in celebri, & per totum
Orbem insigni DD. Consulium Maris Inclitæ Civitatis Pi-
saram Tribunali Cancellarii, & Secretarii Provinciam
substinuerim, & quod tandem per alios duo de viginti
annos Locumtenens Fiscalis in tota Ditione Florentina,
Adfessor Gabellæ Contractuum Civitatis Florentiæ, tui-
que publici, ac privati Patrimonii Procurator extiterim,



RESOLUTIONES FISCALES

THOMÆ CEPPARELLII

J. C. GEMINIANENSIS

Regiæ Celsitudinis Magni Hetruriæ Ducis Locum Ten. Fiscalis
Officii Gabellarum Contractuum Civitatis Florentiæ Adfessoris,
ac eiusdem R. C. publici, ac privati Patrimonii Procuratoris

MATERIAM PRÆCIPUE GABELLARUM CONTRACTUUM

Secundum Ordinamenta Civitatis Florentiæ respicientes.

ARGUMENTUM

An de melioramentis in re con-
ducta factis debeatur gabella.

SUMMARIUM.

Conductio ad quinquennium dicitur ad
breve tempus, num. 1. & num. 13.

Ædificia facta in solo alieno solo vedunt,
num. 2.

Conductor ad breve tempus edificans in
solo conducto fit creditor locatoris eius
summe, quam edificando impendit,
num. 3.

Non autem fit Dominus ædificiū constru-
cti, num. 4.

Valet venditio rei aliene, num. 5.

De venditione rei aliene debetur gabella
ab ipso venditore, num. 6.

Venditio rei aliene valet in præiudicium
Venditoris, non autem in damnum Do-
mini rei vendite, num. 7.

Rei aliene venditio tenet si non domino
fiat, secus autem si fiat ipsi domino, e-
tiam ignorantī, num. 8.

Et in hoc casu gabella non debetur,
num. 9.

Intellectus ad §. Et ancora, Rub. Delle
cessioni, &c. num. 10.

Corroboratur talis intellectus ex eadem
Reformatione, num. 11. & num. 13.

Locatio ad lineam, & ad vitam, ad lon-
gum tempus dicitur, num. 12.

Deficiente in contractu conductionis ad
breve tempus conventionē circa quan-
titatē, & tempus expensarum in re
conduca faciendarum, non debetur
gabella, num. 14.